

per Theſaurarios pro tempore, ſolutis tamen, ultra pretium pro compoſitione in conceſſione, ſeu reſignatione ſingularum Computiſtariarum locorum Montium per prædictos Prædeceſſores noſtros jam erectorum, & inſtitutorum octo quoad Sancti Petri nunc a prima uſque ad nonam erectionem incluſive, ultra emolumenta Monti Datarie noſtræ debita, ac aliis octo quoad prædictos Reſtauratos, & Novennales, ac Fidei, comprehenſis ejuſdem Montis Datarie emolumentis, ac quoad Communitatis, ac Religionis vacabilis, comprehenſis ſimiliter emolumentis Montis Datarie huiusmodi, necnon quoad Sancti Pauli Religionis reſpective Montes ducatis duobus auri de Camera, computatis emolumentis prædicti Montis Datarie, ſeu alias ſoluta compoſitione arbitrio dicti Prodactarii noſtri, & illius pro tempore Succeſſorum, juxta qualitate locorum in ſingulo Monte exiſtentium concedi, & reſignari debeant. Mandantes propterea, ut ſi quis Computiſtariarum Officium, ſeu Officia ſine titulo per organum Datarie expedito quocumque modo nunc detineat, ſupplicationem ſuper illius, ſeu illorum conceſſione in Dataria noſtra infra tres meſes proximos, prævia prædicti Theſaurarii approbatione, omnino expedire teneatur, alioquin ab exercitio amotus, & Officia Computiſtariarum huiusmodi vacare eo ipſo cenſeantur.

Claula.

§.3. Decernentes præſentem noſtrum Motum proprium, ac literas forſan deſuper confiſcandas, & in eis contenta ex quacumque cauſa nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, retractari, vel annullari poſſe, ſed ſemper valida, & efficaci fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus per quacumque literas, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros, etiam motu proprio, etiam conſiſtorialiter, ac cum data præſentium expreſſa mentione, & ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, necnon cum quibuſvis clauſulis, & decretis pro tempore factis, & conceſſis, ſeu concedendis comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, necnon quoties illa revocari, ſeu limitari, vel ſuſpendi, ſeu eis derogari contigerit, toties in priſtinum, & cum in quocumque erant, ſtatim, & ſub priori data reſtituta, reſpoſita, & plenarie reintegrata, ac de novo conceſſa eſſe, & cenſeri: ſicque, & non alias per quocumque Judices &c. etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata &c., judicari &c. debere, irritumque &c. decernere, non obſtantibus per prædictos Prædeceſſores noſtros in erectionibus ſupradictorum Montium aliter, ſeu in contrarium diſpoſitis, ac regula noſtra de jure quaſito non tollendo, quatenus opus ſit, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriis derogatoriis, aliſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, etiam motu proprio, aut conſiſtorialiter conceſſis &c., quibus omnibus &c., eorum tenores &c., etiamſi de illis &c., hac vi-

ce ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogantibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunitis.

Fiat Motu proprio J.F.

Et quod erectionem Montium huiusmodi tenores etiam veriores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in literis, & de perpetuis erectione, inſtitutione, cognitione, diſcuſſione, reſolutione, approbatione, executione, voluntate, decreto, ſtatuto, mandato, derogatione, aliſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter, & ad partem repetitis habeantur, ac alias, prout ſupra, in literis latentiſſime extenſi; Et cum decreto, quod ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacumque contraria non obſtante, ſeu, ſi videbitur, literas deſuper, etiam per viam de Curia, quandocumque expediri. Et cum alio decreto, quod moderni Computiſtæ, qui deinde poſt acquirentem officium habuerunt alios Montes additos, non teneantur ad augmentum pretii pro additionibus huiusmodi factis; Illi vero, qui nullo modo pretium perſolverunt, illud omnino ſolvere teneantur Datarie Apoſtolicæ ad rationem bononorum, ſeu bajocorum duorum cum dimidio pro quolibet loco.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris ſexto Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XCI.

Conceditur Indulgentia plen: perp: pro Eccleſiis Monachorum S. Baſilii in feſto ejuſdem Sancti.

Dat. 17 Junii 1706. An. 6.

Conſt. ed: 1706, Mar: 26, P. 6 extenſum fuit Indultum recitandi divina Officia ritu Latino. Et Conſt. 1726, Jun: 12, P. 2 agitur de confirmacione Abbatis Generalis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum Theſaurus diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

Exordium.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis S. Baſilii Magni nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate conſiſ omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtiffidelibus vere poenitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refeſtis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis tam hætenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto ejuſdem Sancti Baſilii a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei huiusmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum

Proces. Procuratoris Gen.

Conceſſio præd. Indulg.

diviſione Provinciae Poloniae Ordinis B. M. Montis Carmeli.

Laudata Conſt. ed: fuit 1687, Jun: 27. Et Bened: XIII Conſt. ed: 1725, Jul: 21, P. 1 confirmatur decretum pro pace in Provincia Polonia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, Definitorum, ac Superiorum Provinciae Ruſſiæ Sancti Joſephi Ordinis Fratrum Beate Mariæ de Monte Carmelo in Regno Poloniae Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſite expoſito, quod cum Provincia Poloniae, quæ omnes Conventus dicti Ordinis in illis partibus exiſtentes comprehendebat, propter ejus amplitudinem ab uno Priore Provinciali quotannis, quinimo ſingulis trienniis commode, & ea, qua par erat, cura viſitari non valuiſſet, in Capitulo Generali ejuſdem Ordinis tunc celebrato, hæc, aliſque rationibus mature perpenſis, decretum fuerat, eandem Provinciam Poloniae in duas dividendam, unde bon. mem. Paulus S. R. E. Presbyter Cardinalis de Alteris nuncupatus, dum vixit Ordinis prædicti apud Sanctam Sedem Apoſtolicam Protector, in vim facultatis ei ſuper hoc per Reſcriptum ſel. rec. Innocentii Pape XI. Prædeceſſoris noſtri attributa per ſuum Decretum die 7. Junii 1687. editum diviſionem Provinciae prædictæ in duas a ſe invicem diſtinctas Provincias fecerat, assignatis utriusque earum ſuis reſpective Conventibus, & cum diverſis ordinationibus earundem Provincialium, ſtatu, & utilitati, ac felici progreſſui congruentibus, quod quidem Decretum dictus Innocentius Prædeceſſor per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis die 27. eorundem Menſis, & anni expeditas literas, toto illius tenore in feſto confirmaverat. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod in noviffimo Capitulo Generali Ordinis huiusmodi in Alma Urbe noſtra celebrato tunc exiſtentes Priores Provinciales Provincialium Poloniae, & Ruſſiæ ſine conſenſu earundem Provincialium pro illarum reunionem inſtiterant; Ipsi vero Expoſcentes renunciationi huiusmodi ſeſe oppoſuerunt, & proinde dictas Innocentii Prædeceſſoris literas præfati Decreti Palatii Cardinalis, & Protectoris confirmatorias etiam confirmari plurimum cupiebant: Emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum, S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, referente Eminentiſſimo Eliſco, cenſuit, ac decrevit, ſervandum eſſe enunciatum Breve, & imponendum perpetuum ſilentium, prout præſentis Decreti vigore ſervari mandat. Romæ X Septembris MDCCVI. = G. Card. Carpineus = Ferdinandus Archiepiſcopus Nicen. Secretarius.

§.1. Cum autem, ſicut dicti Expoſcentes Nobis ſubinde exponi fecerunt, ipſi Decretum huiusmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exa-

Referent huius diſpoſitione in Provincia Poloniae Ruſſiæ, atque ejuſ conſiſ maxio ab Inu: XI facta.

Cauſa Congreg: Episcoporum & Reg.

Decretum præd.

Proces. Procuratoris Ruſſiæ

Clus

pum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum, preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Claula.

§.2. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XV. Junii MDCCVI. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XCII.

Conceditur Indulgentia plen: perp: pro Eccleſiis Ord: Militaris Crucigerorum cum rubea Stella in feſto Exaltationis S. Crucis.

Dat. 28. Aug. 1706. An. 6.

Inu: XII Conſt. ed: 1695, Jul: 23, P. 5 confirmata fuerant privilegia. Et Bened. XIII Conſt. d: 1724, Aug. 4, P. 1 extat translatio Indulgentiæ.

CLEMENS PAPA XI.

Univerſis Chriſtiffidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutam, & Apoſtolicam Benedictionem.

Proces Magni Magistri.

Ad augendam fidelium Religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ac ſupplicationibus dilecti filii moderni Magni Magistri Ordinis Militaris Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam, Sileſiam, Moraviam, & Poloniam, exiſtent. ſub regula Sancti Auguſtini nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis utriusque ſexus Chriſtiffidelibus vere poenitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refeſtis, qui aliquam ex Eccleſiis dicti Ordinis in ejuſdem Regno, & Provinciis exiſtentibus die feſto Exaltationis Sanctæ Crucis a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti huiusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceſſio præd. Indulg.

Claula.

§.1. Volumus autem, ut ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII. Auguſti MDCCVI. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

XCIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Reg: de ſervanda Conſtitutione Inu: XI pro

Dat. 9. Octob. 1706. An. 6.

Etius Apostolica confirmationis nostre patrocinio communiti summopere desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet immodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum preinsertum auctoritate Apostolica, tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio
relii Decret.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentium pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die IX. Octobris MDCCVI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

*
Dat. 2. Dec.
1706. An. 7.

XCV.

Indicatur Jubileum Universale pro pace inter Principes Christianos.

Simile Jubileum indictum fuit ab Inn. XII Constit. ed. 1695, Dec. 3, P. 5. Et hujus Pontificatus Constit. ed. 1715, Maji 31, P. 15 indicatur Jubileum contra Turcas.

CLEMENS PAPA XI.

Universis Christianis presentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium
a continuari
Christianæ
Reipublicæ
salutariibus
ob accerit
inter Christianos
nos Principes
bellum.

EX eminenti Principis Apostolorum Sede, in qua per ineffabilem Divinæ suæ bonitatis abundantiam, meritis licet imparibus, collocare Nos voluit Altissimus, terrarum Orbem universonum, nostras videlicet curas, solioze circumspicientibus Nobis, miseris in dies, fem-

perque iustusior se offert Christianæ Reipublicæ facies. Cum gravissimo siquidem, ac vere lacrymabili totius pene Europæ incendio Christiani Principes inter se decertantes (quæ olim extrema minatus est Deus inimicis nostris, atque iis, qui insurgunt adversus Nos) diuturno nimium, & sane acerbissimo bello se invicem depascuntur, ac proprio sanguine, quasi musto, inebriantur. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replemur. Visitavit profecto Nos Dominus in gladio suo duro, & grandi, & foris, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam. Ascendit fumus in ira ejus, & ignis a facie ejus exaruit. Commota est, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Sed numquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet, ut complacitior sit adhuc? Absit. Non enim obliviscitur misereri Dominus, nec continet in ira misericordias suas; sed qui multus est ad ignoscendum, ac propitiatur invocantibus eum in veritate, effundet in Nos divitias misericordiæ suæ, si iniquitates nostras, quibus cum offendimus nimis, humili confessione agnoscamus, dignosque poenitentiae fructus faciamus. Adcaus itaque cum fiducia ad thronum gratiæ, ac ne exprobrari Nobis audiamus propheticum illud: Quæsi de eis virum, qui interponeret seipem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveni; & effudi super eos indignationem meam, obsecrationibus, jejuniis, elemosynis, aliisque piis operibus Divinam iram, acceptabili hoc Dominici Adventus tempore, placare studeamus, Regique pacifico, qui proxime venturus est, ut pacem annuntiet hominibus bonæ voluntatis, in novitate vite ambulantes humiliter occurramus. Suppliciter ab eo petamus, ut flagella, quibus nos corripit ad emendationem, clementer a nobis avertat, & qui castigat nos propter scelera nostra, ipse salvet nos propter misericordiam suam; potissimum vero eum deprecemur, quatenus septimo, quem nunc Divina favente clementia, inimus, nostri Pontificatus anno faciat remissionem, ut vere sit Sabbatum terræ requiectionis Domini, sublatique dissidiis sedeat Christianus populus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in reque opulenta. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, majorique fructu peragantur, ex præfata Romane Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ more caelestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostre commisit divina dignatio, aperire, & larga manu erogare decrevimus.

Exhortatio
ad Fideles, ut
divinam indi-
gnationis pla-
care contem-
dant.

§.1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christianis in alma Urbe nostra degentibus, qui solemnem processionem, quam feria quinta proxima hebdomadæ, quæ erit secunda Adventus, a Capella publica Palatii nostri Apostolici in Vaticano ad Basilicam Principis Apostolorum una cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac

Indictio Jubi-
lei.

Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælati quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universonque Clero, & Populo, benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, ejusdem Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam. (reliqua vide.)
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die II. Decembr. MDCCVI. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Dat. 2. Ja-
1707. An. 7.

XCV.

Declaratur nullum Edictum Archiepiscopi Goan contra Jurisdictionem Commissarii, & Visitoris Apostolici in Sinarum, & aliis Indiarum Orientali Regnis.

Declarata fuerunt nulla acta a Generali Inquirenti aliisque contra Episcopum Carthaginensem. Constit. ed. 1706., Jan. 19, P. 6. Et Constit. ed. 1711., Mar. 15., P. 11. declarantur nulla acta ab Episcopo Macaoenem adversus Commissarium Sinarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Carolus Pa-
triarcha An-
tochen. ele-
ctus fuit Com-
missarius, cu-
jus censuras
adversus non
nullos Reli-
giosos pro-
mulgare, nul-
la declarare
fuerit præd.
Edicto ab Au-
gustino Ar-
chiep. Goan.

Cum nos alias pro Commissio Nobis divinitus Apostolica servitutis munere, etiam ad remotissimas ab hac Sancta Sede Regiones Pastorales vigilantia nostre curam extendentes per quasdam nostras in simili forma Brevis literas Venerabilem Fratrem Carolum Thomam Patriarcham Antiochenum nostrum, & Apostolicæ Sedis Commissarium, & Visitatorem in Sinarum, & aliis Indiarum Orientalium Regnis cum potestate, etiam nostri, & ejusdem Sedis de Latere Legati, ac diversis, & amplissimis facultatibus constituerimus, & deputaverimus, & alias prout in prædictis nostris die 4. Julii 1702. expeditis literis; quarum tenorem presentibus pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Et (sicut nuper non sine gravi animi nostri dolore accepimus) postquam idem Carolus Thomas Patriarcha Commissarius, & Visitor in Dicecesi Meliaporen. debita, ut par erat reverentia a venerabili pariter Fratre Gaspare Alphonso Episcopo Meliaporen. recognitus, & exceptus fuerat, ac justis, & rationabilibus causis adductis censuras quasdam Ecclesiasticas in eadem Dicecesi contra nonnullos Regulares promulgaverat, Edictum quoddam sub nomine venerabilis, etiam Fratris Augustini ab Annunciatione die 22. Decembris 1704. editum prodierit, & subinde in quibusdam Oppidorum, seu locorum Madraspatani, & Podiherii Ecclesiis, & forsitan alibi publicatum fuerit, quo sub variis, frivolis, ac prorsus insubsistentibus prætextibus censura prædictæ ab eodem Carolo Thoma Patriarcha Commissario, & Visitatore, sicut præmittitur, promulgata, inaudito ausu, nulla declarantur, ipsique Regulares ad Sacramentorum Ecclesiasticorum administrationem admittuntur, nec non omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis, quam Laicis mandatur ne ipsi Carolo Thoma Patriarcha Commissario, & Visitori obediant, aut dictas censuras reverentur, ac insuper ei-

dem Carolo Thoma Patriarchæ Commissario, & Visitori, inverso sane poenarum per Canonicas sanctiones irrogatarum usu sub excommunicationis poena inhibetur, quo minus jurisdictionem suam libere exerceat aliisque temere præcipiuntur, atque ordinentur in gravissimum Apostolicæ auctoritatis, qua idem Carolus Thomas Patriarcha Commissarius, & Visitor nostro, & dictæ Sedis nomine in illis partibus fungitur contemptum, præjudicium, & detrimentum, & alias, prout in præfata Edicto, quod non approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo, presentibus itidem pro plene, & sufficienter expresso, & de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri. Hinc est, quod nos ex debito Sacrosancti Apostolatus officii, quod humilitati nostræ meritis licet, & viribus longe impari commisit divina dignatio, ejusdem Caroli Thomæ Patriarchæ, Commissarii, & Visitoris, seu potius nostram, & dictæ Sedis dignitatem, auctoritatem, & jurisdictionem a temerariis, & perniciosis hujusmodi conatibus illatas, factasque, & testas tueri, & conservare cupientes, ac omnium, quæ prædicti Edicti, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta, & gesta sunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, ahave quæcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia presentibus, pariter pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Propagandæ Fidei negotiis prepositæ super rebus Indiarum Orientalium a Nobis specialiter deputatorum consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, prænaratum Edictum, & quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, temeraria, attentata, & defacto præsumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore tenore presentium declaramus; & nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, & pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere decernimus, & pariter declaramus.

Causa sequen-
tis declara-
tionis.

Declaratio
nullitatis Edi-
cti, omnium-
que actuum
ab Archiep.
Goan.

Clausula.

§.1. Decernentes etiam easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædictus Augustinus Archiepiscopus, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, Ordinis, præminentia, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas presentes emanarunt sufficienter adductæ, verificate, & justificate non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis lesio-